

ergo hoc privilegium non habet locum in interdico locali speciali.

61. R. 3. Ex priv. c. 11. quod in re, de panit. & remiss. Clerici, seu ecclesiastici utriusque sexus, qui interdico servaverunt, & causam ei non dederunt, nec specialiter sunt interdici, sine pulsu campanarum, cessantibus omnibus solemnitatibus, sepeliuntur in cœmeterio Ecclesie, seu loco sacro, aut crypta sepulture fidelium destinata. Quamvis autem Sayr. Suar. & alii dicant quoscumque clericos sepeliri posse in Ecclesia specialiter interdici; alii tamen id asserunt de clericis ejusdem Ecclesie; cum alii sepeliri possint in Ecclesiis specialiter non interdici.

62. R. 4. Regulares ex privil. antiquo, cujus meminit c. 11. de panit. tempore generalis interdici possunt jannis clausis, excommunicatis, & interdiciis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare divina; non tamen laicos admittere, etiam familiares alicujus conventus, seu collegii c. 11. de privi. Dicunt tamen Salmatic. r. 10. de conf. c. 6. punct. 5. num. 66. Alexandrum IV. & Eugen. IV. concessisse, ut admitti possint famuli, operarii, aconomi, syndici, procuratores, tertiarii, & beati: & Clem. VII. id concessit pro Confratribus Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo utriusque sexus; modo non sint excommunicati, aut specialiter interdici. An vero Regulares suspendere possint interdico in festivitibus suorum Sanctuorum, Circumcisionis, Epiphaniæ, in 4. principalibus B. Virg. Apostolorum, SS. Trinitatis, S. Joan. Bapt. omnium Sancto- rum in die defunctorum, & dum Regularis professionem, aut primam missam facit, pro ut eis conceditur in Bulla Leonis X. 34. & 38. apud Rodriq. in Bullar. merito dubitatur. Negat cum aliis Anton. a Spir. Sancti. hoc privilegium revocatum fuisse a Trid. cum ei non contradicatur, sed Navar. Garcias, & alii dicunt esse revocatum a Trident. ut fertur declarasse S. Congregatio. 2. Regulares in privilegiis communicantes tempore interdici possunt recipere S. Eucharistiam, & extremam unctionem, & mortuos sepelire in suis cryptis, ut passim videre est in Compend. Privil. Minor. & Societ. Jesu v. interdico.

63. Q. V. Ad que loca, aut personas se extendant interdicia generalia localia, & personalia? R. 1. Pro interdico locali sequentes tradi regulas: 1. Interdicia terra domini, censentur interdici omnia loca, pleno, & absoluto dominio ei subiecta, etsi vendantur; quia cum interdico transeunt: non tamen illa loca, in quibus dominus tantum jurisdictionem habet, vel usum fructum, emphyteusim, aut feudum, nisi aliud exprimat. 2. Interdicia diocesi, aut civitate episcopali, etiam censentur interdici Ecclesia cathedralis, c. 17. h. 2. in 6. ne vis interdici generalis eludatur: unde non est hic locus argumenti ex cap. 4. de prob. in 6. pe. tito. 3. Interdicia Ecclesia principali, etiam interdiciuntur capelle illius, & cœmeterium, tanquam quid accessorium est. cap. 17. sed interdico cœmeterio, vel capella, non censentur ecclesia principalis interdici. 4. Interdicia civitate, etiam interdiciuntur suburbia, & ædificia continentia, seu non procul distantia, etiam si sint alterius diocesis, & jurisdictionis, cit. c. 17. quod speciale est contra c. fin. de Conf. in 6. & reg. odia in 6. ne vis interdici eludatur, cum incolæ civitatis facile ad vicina loca egredi, & ibi divina audire possent. 5. Interdicia generalia localia tenentur observare seculares, & Regulares etiam exempti, incolæ, & exteri c. 4. 10. de privi. in 6. Trid. sess. 25. cap. 12. de regg. & qui interdico causam dederunt, semper, & ubique censentur personaliter interdici, ut in loco etiam non interdico divinis operari, vel interesse nequeant c. 16. h. 2. in 6. illi vero, qui interdico generali locali causam non dederunt, alibi divinis interesse valent. Hinc interdico locale respectu ejus, qui ei causam dedit, vocari solet deambulatorium, quia sequitur personam ad quæcumque loca venientem.

64. R. 2. Pro interdico personali generali has tradi regulas: 1. Interdicia universitate, v. g. civitate, collegio, monasterio, censentur interdici omnia membra, seu omnes illius persone, etiam absentes, vel in suburbis habitantes aut post interdico incorporatæ, etiam Duces, Marchiones, & alii Domini, nisi diversa jurisdictionis essent, aut speciali privilegio exempti, cap. 16. h. 2. in 6. non tamen exteri, & peregrini,

ut mercatores, studiosi, quia proprie non sunt pars populi: & probabilius nec illi, qui duplex domicilium habent, cum non sit ratio, cur potius sint pars populi interdici, quam non interdici. 2. Interdico clero, non censentur populi interdici, nec e contra, nec Ecclesie, aut loca sacra cap. 16. h. 2. in 6. adeoque alii clerici populi divina facere possunt. Neque sub interdico cleri venit Episcopus, nisi exprimat, cap. 4. h. 2. in 6. neque Regulares, qui in odiosis non veniunt nomine clericorum: secus interdico laicum est in personas ecclesiasticas; quia Regulares suæ proprie persone ecclesiasticæ.

65. Q. VI. Que sit obligatio servandi interdico, & pena illud violantium? R. 1. Obligatio ista per se est gravis sub mortali, nisi parvitas materie excuset; ut si quis per unum versiculum divinis officiis interfuset. Hi tamen, qui censentur non sunt, non tenentur vitare personaliter interdico, nisi interdico publice denunciatum sit juxta decret. Conc. Const. Ad evitanda.

66. R. 2. Si laici violent interdico, pena est arbitraria, exceptis casibus Clem. h. 2. expressis, si compellant clericos in loco interdico celebrare, si ad audienda divina aliquos convocent, præsertim excommunicatos, aut interdicos, si prohibent excommunicatos, aut interdicos, monitos a celebrantibus exire, si ipsi excommunicati, aut interdici moniti exire, remanere præsumant: tunc enim excommunicationem late sententiæ Papæ reservatam incurrunt per cit. Clem.

67. R. 3. Clericus violans interdico personale, sive generale, sive speciale, per exercitium ordinis, vel scienter celebrans in loco interdico, sit irregularis: & si hoc interdico durante decedat, privatur sacra sepultura c. 18. & 20. h. 2. in 6. At si clericus non interdico celebret in loco non interdico, & admittat interdicos, tantum incurrit censuram interdici ab ingressu Ecclesie, donec satisfaciat ei; cujus censuram contempnit c. 8. de privi. in 6. 2. Clericus violator interdici locali privatur voce activa, & passiva cit. c. 18. in fin. & per sententiam suspendi debet ab officio, & beneficio c. fin. de excess. prælat. non tamen privari officio, & beneficio: nam privatio ista, de qua loquitur prior pars decretalis, procedit in casu speciali, quo Episcopus tulit sententiam notorie injustam, & alios compulsi ad violationem interdici apostolici. 3. Sepeliens aliquem non privilegium in loco interdico, vel interdico denunciatum in loco non interdico, incurrit excommunicationem ipso facto, a qua non est absolvens, donec ad arbitrium discreti satisfaciatur, Clem. 1. de sepult.

68. Q. VII. Quomodo tollatur interdico? R. 1. Si latum est absolute per sententiam, relaxari potest per absolutionem, vel dispensationem ejus, qui illud tulit, aut similem potestatem habet; si vero latum est pro tempore determinato, vel sub conditione, his eventibus, cessat absque ulla nova absolutione. 2. Interdico locale, sive generale, sive speciale, & interdico generale personale non potest relaxari, nisi ab habente jurisdictionem in talem locum, aut populum; non vero a Regularibus: nam hi relaxant censuras in foro conscientie; locus autem, & communitas populi non subijtur tali foro. 3. Interdico personale speciale a jure reservatum relaxari potest a reservante Papa, ab Episcopo, & Regularibus privilegiatis in foro conscientie. At si reservatum non sit, relaxari potest a proprio sacerdote, sicut de excommunicatione dictum ex cap. 29. h. 2. ubi cetera huc accommodari possunt.

69. Q. VIII. Quid veniat nomine excommunicationis, suspensionis & interdici, si absolute præferantur? R. 1. Nominis excommunicationis venit major, separans a communione fidelium cap. 59. h. 2. 2. Similiter suspensio, & interdico absolute lata, supponunt pro majori, & proprie tali arg. c. 59. nam jus non meminit alicujus minoris suspensionis, & interdici, quæ ob leve peccatum contrahantur.

S. V.

De Cessatione a Divinis.

70. Cessatio a divinis, interdico affinis, est prohibitio ecclesiastica clericis imposita, ut abstineant ab officiis divinis, & sepultura sacra in aliquo loco. Ali-

Aliter vocatur suspensio organorum, seu divina laudis. Differt ab interdico: nam interdico est censura, ferri potest ab homine, vel jure, ejusque violator per exercitium ordinis fit irregularis: e contra cessatio a divinis non est censura, sed mera negatio divinarum officiorum, ejus violator non fit irregularis; nec illa fertur ab jure, sed semper ab homine in signum doloris, & tristitiæ conceptæ ob gravissimam injuriam Ecclesie, aut honori divino illatam, ejusque reparationem.

71. Q. I. Quis, & ob quam causam indicere possit cessationem a divinis? R. 1. Papa, Episcopus, & capitulum, Sede vacante, vel alius superior habens jurisdictionem externam, potest indicere cessationem ob aliquod gravissimum delictum notorie factum cum scandalo, servata debita forma, ut prius monetur delinquens de satisfatione præstanda, tum ei reneunt instrumentum cessationis cum causæ expressione tradatur: secus cessatio est invalida, & eam indicens tenetur reparare omnia damna inde consequentia, sive parti læsæ, sive ministris Ecclesie: ita Bonif. VIII. cap. 8. de off. ordinari. in 6. 2. Si capitulum seculari, aut regulate, etiam sede plena, vult indicere cessationem, id fieri debet capitulariter, vocatis omnibus, sicut ad negotium electionis: secus decretum cessationis, sicut electionis, est invalidum, ibid.

72. Q. II. Qui sint effectus cessationis a divinis? R. 1. Tres præcipui: privatio div. officiorum, sacramentorum, & sepulture sacre, quos effectus Papa inferior restringere nequit, cap. 11. de sponsalib. excepta sepultura sacra: nam hæc non venit nomine divinarum officiorum, adeoque non continetur sub cessatione, nisi ei annexum sit interdico; & ideo cit. cap. 11. nulla mentio fit sepulture.

73. R. 2. Cessatione valide indicæta, non possunt a clericis celebrari missæ, & alia div. officia, etiam eodem modo, quo conceditur tempore interdici per c. Alma h. 2. in 6. ita com. nam interdico, & cessatio sunt diversa, a quibus non fit illatio; ergo privilegium d. cap. quo conceditur celebratio privata missarum januis clausis, non debet extendi ab interdico ad cessationem, etiam ob parietatem rationis per c. 9. de privi. secus cessatio nihil novum adderet supra interdico: tum quia clerici, si tempore cessationis possent recitare horas can. in choro, non privarentur distributionibus quotidianis, quod falsum est; cum dans causam cessationi teneatur distributiones istas compensare c. 2. de off. ord. in 6. ergo signum est tempore cessationis nec privatim jamis clausis, div. officia celebrari posse. Hi tamen notant Sanch. Sarr. Salmatic. & alii consuetudine receptum esse, ut illis festivitibus, quibus tempore interdici divina solemniter celebrari permittuntur, etiam tempore cessationis solemniter celebrentur. Item communis admittit clericos binos, & binos privatim in Ecclesia posse recitare horas can. tempore cessationis, sicut tempore interdici c. 11. de panit. & remiss. ubi declaratur talem orationem non venire sub interdico, & conf. neque sub cessationem.

74. R. 3. Attento rigore juris, solus baptisimus parvulus, & morientibus penitentia, atque viaticum ministrari potest tempore cessationis, arg. c. 11. de sponsal. At ex benignitate Ecclesie videtur indulgum, ut etiam baptisimus adultus, confirmatio, & penitentia sanis ministraretur, & matrimonium sine solemnitate nuptiali contrahatur, quod secundum consuetudinem Rom. Ecclesie omni tempore contrahi potest, c. 4. de feris. Ordo vero, & matrimonium sine solemnitate nuptialibus non sunt ministranda, nisi æger aliquid sacramentum recipere nequiret: tunc enim extreme ungi potest, ut ex aratro fiat contritus.

75. Q. III. Quomodo, & quos obliget cessatio a divinis? R. 1. Obligat sub mortali directe clericos, & indirecte laicos: quia est præceptum ecclesiasticum in materia gravi: ejus tamen violatoribus non est certa pena a jure taxata, exceptis religiosis, & exemptis, qui violantes cessationem generalem que a matrice Ecclesia observatur, ipso facto excommunicantur. Clem. 1. h. 2. cum confirmat Trid. sess. 25. c. 12. de regg. 2. Dans causam cessationi legitime indicæta tenetur reparare omnia damna inde consequentia; ut compensare distributiones, & stipendia, que clerici ex missæ, & aliis div. officiis acquisivissent &c. item condemnari potest ad aliquam quantitatem Ecclesie applicandam, c. 2. & 8. de off. Ord. in 6. P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

76. Q. IV. Quomodo tollatur cessatio? R. 1. Relaxatione ejus, qui eam tulit, vel qui simili potestate præditus est. 2. Tacite tollitur, si partes intra mensem inter se non component circa cessationem: & quidem si indicens per se, vel per procuratorem negotium hoc intra mensem non referat ad iudicium Papæ, statim tollitur cessatio, ne per eam Ecclesia gravetur, c. 8. de off. ord. in 6. Si vero pars, que causam dedit cessationi, Romæ non compareat, per hoc non liberatur, neque cessatio tollitur, ne ex contumacia sua commodum reportet, sed ipse tenetur relaxationem cessationis petere ab illo, qui eam indicit. De materia cesaturarum, præter Canonistas, consule Salmatic. tract. 10. de censuris.

TITULUS XL.

De Verborum significatione.

Agitur de hac in Sexto, Clement. & Extrav. Joan. XXII. h. 2. & amplissime in Pandectis eod. tit. & lib. 34. tit. 5. in Codice lib. 6. tit. 38.

1. Compilator noster ad imitationem Pandectarum concludit jus canon. duobus generalibus titulis, scilicet de P. S. & R. J. quorum materia per totum jus vagatur, ut vidimus in singulis anterioribus titulis.

2. Q. I. Quid, & quomplex sit verborum significatio? R. 1. Est legitima acceptio vocum pro eo, pro quo substituantur, Dic. legitima, quia verba in jure non sunt intelligenda præcise grammaticæ, seu litteraliter, & dialectice, seu philosophicæ, sed potissimum secundum leges, & regulas communiter a DD. receptas. Dicitur 2. pro eo, hoc est, pro re, quam verba, seu voces significant secundum mentem legislatoris.

3. R. 2. Verborum significatio est varia: Propria, quam verba habent ex prima institutione. 2. Usualis, seu consuetudinaria, quam verba habent non ex prima institutione, sed ex moderno usu, ut lex canon. Imperator pro rege, aut principe, hæresis, usura &c. 3. Abusiva, seu vulgaris, quam verba habent ex vulgi acceptione contra communem usum: ut servus pro famulo conductio, parens pro vitrico &c. 4. Improperia, seu metaphorica, quam verba habent ex similitudine. 5. Civilis, seu juridica, quam verba habent ex impositione juris, seu legislatoris; sicut arrogatus dicitur filius, servus, aut religiosus mortuus, aut capite minutus: cujusmodi significationes plurimæ sunt in utroque jure.

4. Q. II. Que sint regula significationis verborum? R. 1. Generales coincidunt cum illis, quas deli pro interpretatione legum, privilegiorum, & dispensationum tit. de Conf. a num. 39. verbi gratia, accipienda sunt in sensu proprio, secundum mentem legislatoris, conformiter motivo, seu causæ finali, cum effectu, ut aliquid operentur, generalia generaliter, odiosa stricte, favorabilia ample, dubia, & obscura, ut quam minime obligent; vel ut minime recedant a jure antiquiori claro &c. Ipse regule utriusque juris docebunt re generalia principia interpretandi significationes verborum.

R. 2. Regule particulares, quid quælibet vox in sensu juris significet, traduntur h. 2. & in juribus supra allegatis, & magis lectione, quam interpretatione indigent: sic novalis in jure can. significat agrum, nunc primum ad culturam redactum: pater omnes ascendentes, natus mox mortuus, quasi non sit natus cap. 1. 2. 3. h. 2. Cetera leges in ipsis capitulis, ubi etiam in 6. Clem. & Extrav. Joann. XXII. reperies declarationem regule Sancti Francisci Patriarchæ Minorum. Percurrere etiam rim. ff. de P. S. qui ad notitiam juris maxime est necessarius. De significatione clausularum, que in Constitut. pontificis poni solent, sparsum hinc inde diximus, & videri potest Barbosa tract. de clausulis.

TITULUS XLI.

De Regulis Juris.

Agitur de his in Sexto, & Pandect. eod. tit. tit. 1. Nov. I. Regulam, a regendo dictam, definiti, quod R. 2

fit sententia, qua rem, que est, breviter enarrat l. 1. ff. h. t. seu que jus præexistens summarie refert. Alio vocatur: Canon, definitio, maxima, axioma: non enim ex regula fit jus, puta novum, sed ex jure præexistente facta est regula cui. l. 1. Sic quia §. 3. Inst. de iur. cap. c. 5. & fin. de preser. & alibi frequenter dicitur banam fidem requiri ad ufucapionem, inde nata est reg. 2. in 6. possessor male fidei nullo tempore non prescribit. Et sic in ceteris regulis distendendum.

2. Nota 2. Regulas dividi in authenticas, que auctoritate legislatoris nituntur, uti Regule Gregorianæ, in Sexto, & Pandectis h. t. & doctrinales, seu Brocardicas, que a Doctoribus privatis instar axiomatum inventæ, & usurpatae sunt. Authentica vim juris obtinent, & fundant intentionem allegantis, donec ad veritatis casum a regula exceptum ostendat. Frequenter tamen fallunt; & ideo nulla regula sine exceptione. Brocardica non faciunt jus, nec fundant intentionem allegantis, sed probabiliter, si materia subiecta patitur, admitti solent; alioquin plurimas exceptiones habent, v. g. ubi est eadem ratio, eadem est juris dispositio, connexorum eadem est ratio, & idem jus. Tacitum idem operatur, quod expressum. Spoliatus ante omnia restituendus est &c. Rursum Regule authentice, vel sunt generalissima vagantes per omnem materiam, v. g. omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur; vel sunt generales in certa materia, v. g. beneficii ecclesiastici, iuramenti &c.

3. Nota 3. Exceptionis a regula tres esse præcipuos effectus. 1. Exceptio non ampliat, sed restringit regulam: nam universalitas ipsius deficit respectu casus excepti; & per hoc, quod aliquid regula detrahitur, non sequitur, regulam debere extendi ultra proprietatem suorum verborum. 2. Exceptio declarat regulam; nam ex qualitate exceptionis apparet, de quo genere regula disponat. 3. Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, hoc est, quod casus, qui excepti non reperiuntur, censentur comprehensi sub regula. His præactis, breviter attingam regulas juris canonici: idque propter tyronum juris, quibus suadetur ab initio condiscere easdem regulas, alioquin plena regularum notitia prærequiritur notitiam totius juris. Fulse has regulas explicat Glossa Magna, Aug. Barb. & alii.

Regule in Decretalibus antiquis, seu Gregorianis sunt XI.

4. I. Omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ex reg. 36. ff. Nihil tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est. Valet in contractibus, & obligationibus temporalibus a voluntate contrahentium dependentibus, reg. 36. 100. 153. ff. Fallit 1. In his, que sunt juris divini; ut matrimonium, & cetera sacramenta, iuramenta, vota. 2. In traslatione Episcoporum, absolutione censurarum; quia sæpe ligat, qui solvere non potest, & solvit, qui ligare non potuit. Sic Archiepiscopus potest suum suffraganeum alligare Ecclesie, non tamen solvere e. 2. & fin. de translat. & regularis confessarius potest a multis censuris absolvi; non tamen his ligare &c.

II. Dubia in meliorem partem interpretari debent, ex cap. 2. h. t. & reg. 30. in 6. & reg. 9. ff. Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. Valet in actibus indifferentibus; & ex genere suo permittis, & in his, que sunt securiora; sicut in dubio securus est reum absolvi, quam condemnare e. 6. in fin. de fide instrum. Fallit in delictis, & actibus ex genere suo malis; qui presumuntur dolo malo fieri, donec contrarium probetur, l. 15. §. 38. ff. de injur.

III. Utilitas scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Reg. procedit de veritate bonæ vitæ; quia non licet peccare ad evitandum scandalum. At veritas iustitiæ vindicativæ, & disciplinæ, seu rigor in puniendo quandoque omitti potest, ne scandalum oriatur; & ideo permittuntur minora mala ad majora præcavenda c. 23. etsi l. 1. q. 7. & Can. 25. d. 50. &c. Gloss.

IV. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum: nam necessitas non habet legem, c. 2. in fin. de obser. jejun. Valet in lege positiva, præsertim hu-

mana; fallit in lege naturali; & quoties lex positiva violanda est in contemptum potestatis Ecclesie c. 5. de his, que vi.

V. Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere: nam clam, per vim, vel alias illicite facta, sicut non obligant, ita non debent permanere; cum contra jus, vel sint irrita, vel irritanda. Fallit in his, que fieri prohibentur, & facta tenent.

VI. In ipso causa initio non est a questionibus, seu tormentis, & torturis inchoandum ex l. 1. ff. de q. l. 8. §. 1. C. eod. nam ante tormenta, seu torturam præcedere debet semiplena probatio, seu presumptiones sufficientes. Reus tamen, si suspectus sit de fuga, ab initio incarcerationi potest custodiæ causa.

VII. Quidquid in sacris Deo rebus, & Episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & a quoquam violari non debent: nam violatores rei, loci, & personæ, que facta sunt, sacrilegium committunt, & jus publicum consistens in factis, & sacerdotibus offendunt, Can. 11. d. 1. ex l. 1. §. 2. ff. de J. & J.

VIII. Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debet, facit; & ideo iam non facit. Procedit de timore serviliter servili, non fillari, aut concepto ex motivo honesto, maxime supernaturali.

IX. Desinat peccator, quia offendens in uno, factus est omnium reus, ex Jacob. 2. & Can. fin. de panit. d. 5. Fit omnium reus, ratione finis; quia etiam unum peccatum lethale impedit gratiam, & vitam æternam; non tamen fit reus omnium ratione malitiæ, & pœnæ.

X. Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit. Reg. procedit de Episcopis, & aliis præpositis animarum, de quorum manibus sanguis subditorum requiritur. Ignorantia eos non excusat; quia plerumque supina est, cum prælatorum sic inquirere in delicta subditorum, Gloss.

XI. Indignum est, & a romana Ecclesia consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur: nam imponere pro spiritualibus onus homagii, seu iuramenti fidelitatis a vassallis in feudo Ligio prælati soliti, est manifesta simonia, cum detur spirituale pro temporali. At iuramentum obedientiæ, quod Episcopi, & alii prælati præstant Sedi apostolicæ, honestum est, necessarium hodie, & in Ecclesia utatum, Can. 1. & 4. d. 100. c. 4. de elect. &c.

Regule in Sexto Decretalium sunt LXXXVIII.

Decas I.

5. I. Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine canonica institutione obtineri. Valet de beneficio in titulum obtento: fallit in beneficio obtento jure proprietatis, & administrationis, & quo ad proventus ecclesiasticos ex certa causa acquisitos etiam per prescriptionem cap. de jure patron. Can. 66. quicumque 12. quest. 2. & Can. 61. possessione 16. quest. 1. & Can. 12. si Episcopus 16. quest. 3. &c. Dices: jus eligendi, & præsentandi acquiritur potest prescriptione cap. 55. de elect. ergo etiam jus beneficii. R. Neg. consequi. nam electio, & presentatio fieri potest nostris actibus; & ideo jus eligendi, aut presentandi subest prescriptioni: e contra institutio in titulo beneficii sit actibus alienis scilicet superioris legitimi; & ideo non subest prescriptioni, nisi conformiter regula 36. Cancellar. Apostol. de triennali possessione; vel eo modo, quo Prælati alter contra alterum præscribi jus alios instituendi, cap. 18. de prescrip.

II. Possessor male fidei nullo tempore non prescribit, ex cap. 5. & fin. de preser. Hac reg. corrigi jus civ. quo ad continuationem possessionis non requiritur bona fides, neque ad prescriptionem longissimi temporis 30. vel 40. annor. Inst. de usucap. l. 7. C. de preser. 30. Nec obstat reg. 74. in 6. nam procedit de actu perfecto, & completo, non vero inchoato, sicut inchoatur possessio ad ufucapionem.

III. Sine possessione prescriptio non procedit. Nominis possessionis venit etiam quasi possessio in rebus incorporalibus, seu iuribus, cap. 19. de jurepat. Unde quia laicus non est capax possidendi spiritualia, ideo prescribere nequit jus eligendi, instituendi, confirmandi clericos; bene vero jus patronatus, seu præ-

presentandi, ad quod laici generaliter a jure habilitati sunt.

IV. Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. S. Aug. in Can. 1. 14. q. 6. Reg. procedit de omni læsione reparanda, saltem in proposito, seu affectu, si nequeat in effectu.

V. Peccati venia non datur, nisi correctio ex Can. 2. 24. q. 2. in temporalibus sæpe pœna dissimulatur, ne majus malum sequatur.

VI. Nemo potest ad impossibile obligari ex reg. 185. ff. impossibile nulla obligatio est, five quid sit impossibile ex natura, ut hominem volare, five impossibile de facto, ut a mendico dari decies mille aureos, five impossibile de jure seu tarpe contra jus divinum, aut humanum, ut obligari ad furandum, fornicandum &c. Nam que contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est l. 15. ff. de condit. instum.

VII. Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. At privilegium reale inherens castro, communitati, dignitati, vel alteri rei transit ad successores ex reg. 196. ff. Privilegia quadam causa sunt, rei rei, quadam persone: & ideo quadam ad hæredem transmittuntur, que causa sunt; que persona sunt ad hæredem non transunt. Sic quia privilegium, seu jus pallii archiepiscopalis personale est, non transit ad successorem, c. 2. de auctor. & usu pall. idem die de privilegio competentie, dotis, & de privilegiis, que Episcopi pro sua persona solent impetrare a Sede Apostol.

VIII. Semel malus, semper præsumitur malus ex Can. 14. parvuli 22. q. 5. Præsumptio ista juris est in eodem genere, quod ex malo fieri bonum, est facti, adeoque probati debet ad elidendam præsumptionem. Si autem delictum non præcedat, quilibet præsumitur bonus, donec probetur malus.

IX. Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. l. 6. §. 6. ff. de negot. gest. Reg. ista procedit 1. in delictis; que non potest aliquis rata habere, si ejus nomine non sunt gesta: & ideo, v. g. Titius non incurrit excommunicationem Canonis, si approbavit factum Caji, qui suo, & non nomine Titii clericum verberavit, c. 23. de sent. excom. in 6. 2. In obligationibus, & præjudiciis, seu rebus odiosis: & ideo qui gessit negotia filii mei pecuniaria, non meo, fed filii nomine, non obligat ei in solidum, sed pecuniatus, cit. l. 6. §. 6. est negotiorum gestioem comprobaverim. Fallit regula ista 1. in novo consensu confirmante; sicut Superior, vel cujus interest, confirmare, seu consentire potest in factum alterius, quod alias vires non haberet, Can. fin. 9. q. 2. ubi Episcopus dispensative consentit in executionem ordium, quos clerici ab alieno Episcopo susceperunt, & c. 3. de his, que a Prælat. ubi convalidatur alienatio a Prælo facta, si capitulum, superveniente consensu, eam ratam habuit, & c. 28. de elect. substitit electio, si Canonici spreus ei consentit, & l. 7. §. pen. ff. ad SC. Maced. consensu, & solutione patris confirmatur mutuum in pecunia a filio acceptum &c. 2. Fallit in eo, ex quo jactura rei mee sequetur, nisi factum ratum haberem ex l. 2. §. fin. ff. depositi l. 20. pr. ff. de pignorat. action. l. 3. C. de rei vind. maxime, si æquitas id suadet; ut si res mea, non meo nomine vendita, perit apud emptorem; tunc enim ratificare possum venditionem, ut pretium ab emptore obtineam, l. 9. ff. de negot. gestis.

X. Rati habitationem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. Ne regula ista directe contrarietur priori, supplenda est, ut rati habitio tunc mandato comparetur, dum quod ratum habeo, nomine meo gestum est, Gloss. hic, & Gothof. l. 60. ff. de reg. jur. n. 25. Valet reg. ista: 1. In judiciis, re quasi integra manente: ut si dominus ratam habeat contestationem litis a falso procuratore factam, vel positiones, aut responsiones suo consensu datas, l. 56. ff. de judic. c. fin. in fin. de jure in 6. 2. In contractibus l. 6. pr. §. 1. & sequ. ff. de negot. gestis l. 9. C. eod. an vero in tali causa generi negotiorum meum, a me ratificatum, comparet actio mandati, vel negotiorum gestorum, in effectu nihil differre, quia utraque ad idem tendit. 3. In maleficiis, seu delictis, saltem in quibus jus rati habitationem pro mandato habet, reg. 152. §. 2. ff. in maleficio rati habitio mandato comparatur. Sic ratam habens percussorem clerici nomine suo factam, excommunicatur, c. 23. pr. de sentent. excom. in 6. non tamen, Remigii a S. Erasmo. Pars II.

men fit irregularis; quia id in jure non reperitur. Item ratam habens dejectionem tenetur interdico Unde v. l. 1. §. 14. ff. de vi armat. Sed fallit regula ista in multis: 1. Si rati habitio sit in præjudicium, & contra jus quantum tertii, ut si dominus ratificaverit gesta procuratoris falsi in judicio vincentis: nata exceptio falsi procuratoris opponi potest etiam post sententiam l. 24. C. de probat. l. 1. pr. ff. que sent. sine appell. Secus si ratificatio solum præjudicium ratificantis continet l. fin. C. ad SC. Maced. l. 7. §. un. ff. ratam rem haberi &c. 2. Si mandatum, vel auctoritas per modum formæ ab initio requiratur, l. 25. §. 3. ff. de acq. hæred. reg. 29. ff. & reg. non firmatur in 6. 3. Si principalis natura impeditus fuit ad dandum mandatum, sicut infans, furiosus. Unde infans adultus factus ratificando homicidium nomine suo factum, non censetur mandasse homicidium; quia hoc ei erat per naturam impossibile. 4. Fallit in rescriptis, de rescript. 5. Fallit in perisque fraudis, c. 18. in fin. de rescript. de falsis &c. nisi delicta essent pendentia, & ratificans concurreret ad eorum executionem; secus non video, quomodo fictio a jure non expressa locum habeat in criminalibus.

Decas II.

XI. Cum sunt parvium jura obscura, reo favendum est potius, quam auctori, ex reg. 125. ff. Favorabiliores rei potius, quam actores, habentur. Exempla habet Can. 13. indicat 3. q. 9. & c. 6. ad fin. de fide instrum. &c. Excipe, nisi actor persequatur causam favorabilem libertatis, matrimonii, dotis, & testamenti, cap. 3. de probat. l. ante pan. ff. de manumissionib. & Canon. 3. si quis 33. q. 1. &c.

XII. In judiciis non est acceptio personarum habenda, ex Can. fin. 3. q. 9. & c. 13. de justic. puta ut iudex in sententiando recedat a justitia; cum hoc grave sit peccatum. At in ceteris, ut affurgendo, sedendo, pœnam mitigando, sæpe, desertur dignitati, & personæ, Can. 15. non oportet dist. 93. & Can. 1. de 40. & c. 9. de off. deleg. l. 16. §. 3. ff. de panit. &c. Item in arbitrariis potest iudex gravior esse, c. 24. de off. deleg. nec tamen peccet contra cap. 1. de sentent. & re jud. in 6.

XIII. Ignorantia facti, non juris excusat: l. 2. q. 7. 9. ff. & l. 2. 3. 10. 12. C. de J. & F. Ignor. Facti ignorantia, dum quis sciendo legem ignorat, quod agatur, v. g. minorem esse, cum quo contrahit, excusat, quia facta, cum sint innumera, etiam prudentissimos fallere possunt. Excipe, nisi factum notorium sit in vicinia c. 8. de presump. vel ignorantia sit improbabilis, & culpabilis, sicut Can. 6. in lectum 34. q. 3. l. 36. ff. famil. heredit. rit. C. de hæreditat. action. At ignorantia juris, dum quis leges communes ignorat, non excusat agentem; quia leges scire debuit. Hinc ignorantia juris non prodest in ufucapionibus, contractibus, & ultimis voluntatibus l. 4. l. 9. pr. §. 5. ff. de J. & F. Ignor. l. 16. C. de testam. Excipe 1. Personas, in quibus toleratur ignorantia juris; uti sunt milites, rustici, pueri, femine, quibus ignorantia juris non nocet in dispensandis, seu in lucrando, l. 7. §. 8. ff. de J. & F. Ignor. 2. In omnibus juris error in damnis amittenda rei sua non nocet, cit. l. 8. & ideo ex ignorantia juris solvens indebitum, solum condicere potest; quia juris ignorantia suum petentibus non nocet, cit. l. 7. Sed his legibus e diametro opponitur l. 10. C. de J. & F. Ignor. l. 9. C. ad L. Flacid. ubi negatur talis repetitio. Concilia, dicendo: priora jura Digestorum loqui secundum equitatem naturalem, maxime pro foro interno, in quo nullas debet locupletari cum jactura alterius: leges vero ex Codice loqui secundum rigorem juris, & de conditione stricto jure competente: rigor autem iste non excludit implorationem nobilis officii judicis, præsertim ecclesiastici ratione peccati, ut declarat Innocentius III. cap. Novit 13. de judiciis.

XIV. Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantiam causam censeri habere ex reg. 42. & 156. §. 2. ff. Sic hæres reus defuncto commodatum, vel depositum, cogitans esse hereditarium, bona fide vendere potest, & emptor eam ufucapere, §. 4. Inst. de usucapion. nam de facto alieno jura est ignorantia

Valer reg. ista pro his, qui conveniuntur, non pro his, qui agunt; quia isti debent esse certi de jure suo, citat. regul. 42. ff.

XV. Odia restringi, & favores convenit ampliari: & l. 155. in fin. ff. h. e. in penalibus causis benignius interpretandum est. Nomine odiorum veniunt hic poena, obligationes, privilegia, & dispensationes, quae contrariantur juri communi, & juri tertii, uti & privilegia ambitiosa in beneficiis. Nomine favorum intelliguntur concessionibus benevole, quae nulli nocent, neque praedjudicant, nisi concedenti. Nonnunquam odia amplianda sunt, si lex aliter non possit sortiri suum effectum c. 17. de sent. excom. in 6. & e contra favores restringendi, si incipiant esse noxii Ecclesiae, bono communi, disciplinae ecclesiasticae, & regulari, c. pen. de cler. non resid. c. 9. de decimis &c.

XVI. Decet concessum a principe beneficium esse mansurum: nam sicut jura, ita & beneficia principum firma, & perpetua esse convenit modo sint gratia facta, & non tantum faciende c. 36. de prob. in 6. uno actu consummata, licet deinde causa cesset: secus si pendet a causa tractum successivum habente; ut si quis dispensaretur a recitando breviario ob studia, & labores, cessantibus studiis, & laboribus, cessat, vel suspenditur hoc privilegium. Plura de his vide rit. de privil.

XVII. Indulgentiam a jure beneficium non est alicui auferendum, puta ab inferiori. Sic Episcopo indulgetur, ut tribus mensibus per annum a sua diecesi abesse possit. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. parochia, ut intra annum suscipiat presbyteratum cap. 14. de elect. in 6. nulli, ut mortuo viro, statim intra tempora lectus pubere possit. c. pen. & ult. de secund. nupt. Similiter conceduntur tempora dilationum, solutionum, appellationum, & alia passim in jure. At conditor juris, vel ejus successor beneficia ista tollere, quae iudici malum imperantem patendum est.

XXVIII. Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit, ex reg. 29. ff. quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere: & reg. pen. ff. que ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest. Intellige, si res maneat in illius terminis, in quibus fuit ab initio: secus si illi adveniant omnia necessaria ad valorem. Solum ergo tempus ex actu invalido non facit validum; bene vero, si cetera necessaria cum tempore concurrant, quo sensu explicatur Can. 25. principatus l. 1. q. 1. & c. 9. de rescript. in 6. c. 29. de prob. in 6. l. 83. §. 5. ff. de V. O. & e contra pro convalidatione actus stant. l. 27. ff. de ritu nuptiar. l. 6. C. de nupt. & Can. 56. si quis de rebus l. 2. q. 2. & Can. fin. 16. q. 1. & Can. 3. de his, que fiunt a prelato, & Can. 11. de jure par. & c. 9. de desponsat. impub.

XIX. Non est sine culpa, qui rei, que ad eum non pervenit, se immiscet ex reg. 36. ff. culpa est immiscere se rei ad se non pervenit; ut si clericus exerceat chirurgiam, vel ballistariam, & fortuito occidat aliquem; tunc enim non est sine culpa, Can. 37. d. 50. cap. 19. de homicid. &c. Non procedit ista regula, dum quis prudenter, & petite aliena negotia gerenda assumit; quia haec ad illum pertinent ex charitate, & officio, quod est inter hominem, & hominem l. 5. C. de negot. gestis: & ideo gerenti conceditur actio contraria negotiorum gestorum, l. 2. ff. eod.

XX. Nullus pluribus uti defensionibus, seu exceptionibus prohibetur ex reg. 43. ff. l. 8. de exc. nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diverse sint, nisi lex impediat, cit. reg. 43. ff. si conventus iudicio noxali, & de pauperie, vel super numerata pecunia, & convictus de mendacio, absque alia exceptione tenetur in solidum, l. 21. §. 2. ff. de noxal. actionib. l. 1. §. 15. ff. si quadrupes paup. aut. qui contra propriam, C. de non numer. pec.

Decas III.

XXI. Quod semel placuit, amplius displicere non potest. Valet haec regula in iudice electo Can. 4. §. offeratur 3. q. 3. in prelato electo Can. 2. dilectissimi 8. q. 2. in matrimonio, professione religiosa, sacris Ordinibus, & in pluribus aliis. Fallit in iis, quae mutationem admittunt ex causa superveniente, vel de novo

innovante, c. 4. de except. c. 4. de elect. in 6. item si ex nova causa medicus, confessorius, parochus removendi sint a suis officiis l. 11. §. 3. ff. de munerib. & in omnibus, in quibus jus admittit penitentiam, & mutationem; ut in appellationibus, testamentis, praesentationibus in patrono laico, libello judiciali, mandato, societate, deposito, sententia interlocutoria, & pluribus aliis, quae Glossa hic fusc enumerat.

XXII. Non debet aliquis alterius odio praegravari, ex reg. 74. ff. non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri: nam delicta suos tenere debent auctores. Sic propter delictum filii non excommunicatur pater, propter dolum compromissarii non puniuntur compromittentes, Can. 1. si habes 24. q. 3. & c. 37. de elect. in 6. Interdum ob atrocitatem delicti, vel aliam justam causam alius poena, vel defectu afficitur; sicut filii ob crimen haereticis, vel laesae majestatis a patre committuntur: item in generali censura suspensionis, aut interdictionis innocentes praegravantur, nati extra matrimonium illegitimitate notantur &c.

XXIII. Sine culpa, nisi subita causa, non est aliquis puniendus. Sequitur reg. ista ex priori. Quandoque subest causa, cur quis sine culpa puniatur: sic maritus corruptus fit irregularis, parochus incensus in mortuum, tenetur portione aliquam dare coadjutori, do minus tenetur ex delicto servi &c.

XXIV. Quod quis mandato facti iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse, ex reg. 167. in fin. ff. procedit de his, in quibus iudex habet potestatem, secus non paratur ei citra dolum; ut si iudex laicus praeciperet clericum verberari, reum extrahi ab Ecclesia, vasa sacra diripere &c. Can. nemo 7. de poenit. d. 1. & c. 17. §. iudicis de elect. c. 5. in fin. de poen. &c. tunc enim magis Deo, quam iudici malum imperantem patendum est.

XXV. Mora sua cullibet est nociva, ex reg. 173. in fin. ff. unicuique sua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi observatur. Morosus debitor est, qui a die, vel homine interpellatus, & possibilitatem solvendi habens, non solvit, l. 5. ff. de R. C. Unde si post terminum solvendi res cauta perierit, suo periculo perit in poenam morae culpabilis. Mora non purgatur, ut nec poena committitur, dum ab ipso jure, poenam imponente, dies praescripti, sicut in can. 64. longinquitate, l. 2. q. 2. & c. 7. de elect. c. 4. & fin. de supp. neglig. l. 23. ff. de O. & A. &c. nisi jus permittat purgationem more, & poenae evitacionem, sicut c. 1. d. ff. 18. Can. 1. d. 100. & c. 6. de reb. Eccl. l. 8. ff. si quis cautionib. &c.

XXVI. Ea, que sunt a iudice, si ad eum non spectant iudicium, viribus non subsistunt, ex reg. 170. ff. factum a iudice, quod ad officium ejus non pervenit, ratum non est: nam talis iudex, etiam bonum statuat, si tamen excedat limites suae potestatis, nihil agit, Can. 1. d. 96. ut si laicus favorabiliter disponeret de clericis, vel Ecclesiis. Si tamen jura, & facta principum laicorum recepta, & canonizata sunt a jure pontificio, valent.

XXVII. Sciens, & consentiens non fit iniuria, neque dolus, ex reg. 145. ff. nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. Procedit in rebus, & iuribus privatis, quibus aliquis cedere potest, non in jure publico, quod privatorum pactis mutari non potest, l. 38. ff. de pact. Sic clericus consentire nequit in violationem sui iori, canonis, competentie &c. maritus in violationem thori, religiosus, pupillus, minor in alienationem rerum suarum. Dices: Christus, & SS. Martyres voluntarie consenserunt in mortem suam, & tamen facta est eis iniuria a Tyrannis. R. Dist. ant. consenserunt, conformando de voluntati, & charitati divinae, conc. ant. transferendo jus necis in Tyrannos, neg. ant.

XXVIII. Que a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam suam trahenda, ex reg. 141. ff. quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia: & reg. 162. que propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. Sic privilegium praesentandi laicis concessum non debet trahi ad jus investimenti, seu institutiendi, eligendi, iudicandi de rebus spiritualibus, c. 56. de elect. c. 3. de iudic. Sic etiam privilegia Ecclesiis concessa non trahuntur ad res patrimoniales clericorum quoad formam alienandi, jus restitutionis in integrum &c. XXIX.

XXIX. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Et quidem si omnes tangat ut universos sub nomine collegii, debet capitulariter ab omnibus, hoc regulariter a majori parte approbari, c. 1. de his, que sunt a major. si vero omnes tangat ut singulos, requiritur singulorum consensus; cum jure suo nemo cedere teneatur Can. 1. d. 54. l. fin. v. sed hoc, C. de auctor. prestand. l. 39. ff. de adopt.

XXX. In obsequis minimum est sequendum, ex reg. 9. ff. Sempet in obsequis, quod minimum est, sequimur: & reg. 56. ff. Sempet in dubiis benigniora praeservanda sunt: & reg. 168. ff. rapienda occasio est, que praebet benignius responsum: & reg. 192. in fin. ff. in re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justus est, quam tutius. Si non appareat, quid determinatum sit, neque id ex consuetudine, aut circumstantiis colligatur, tunc minima obligatio, minima poena, minima mensura, vel aliud quid minimum in quantibus determinandum est, c. 18. de cens. l. 75. ff. de leg. 3. At in speciebus electio fit penes creditorem, qui, v. g. ex equis non eligit optimum, nec pessimum, sed civititer illum, qui inter eos mediis hoc ejus 19. q. 2. & c. 1. de Off. Custod. l. 37. ff. de legat. l. 1. §. 31. de auro arg.

Decas IV.

XXXI. Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. Sic canonici certi de morte Prelati, non sunt de ea certiorandi; bene vero vocandi ad diem electionis. Item quisque praesumitur esse certus de eo, quod publice notum est, cum hoc non sit necesse singulorum auribus intimare, c. 1. de postulat. Qui certus est ut homo, saepe certiorari debet ut iudex, vel ad majorem cautelam Can. 18. multi 2. q. 1. & c. fin. d. 11.

XXXII. Non licet alicui quod reo licitum non existit, ex reg. 41. ff. non debet alicui quod reo non permittitur. Sic appellatio negata reo, etiam negatur alicui c. fin. de munis perit. At reo plura conceduntur, quam alicui, ut majores dilationes &c.

XXXIII. Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum, ex reg. 75. ff. nemo potest mutare consilium in alterius injuriam. Sic canonici voluntate mutare nequeunt in praedictum electi, c. 53. de elect. nec locus in re communi in praedictum socii, venditor in praedictum emptoris &c. At si juri quaesito alterius non praedjudicatur, licet mutare consilium; ut in postulando, praesentando ad beneficium &c.

XXXIV. Generi speciem derogatur, ex reg. 80. ff. in toto jure generi per speciem derogatur: & illud positum habetur, quod ad speciem directum est. Sic rescripta specialia de hoc beneficio, de hac decima, derogant generalibus, c. 1. de res. Similis derogatio fieri potest in legibus, contractibus, legatis, substitutionibus &c. Haec videtur adversari reg. 147. ff. Sempet specialia generalibus infum Can. 19. non estimemus 13. q. 2. l. fin. §. 1. ff. que in fraud. cred. l. 45. ff. de leg. 3. Sed hoc procedit in ordinariis casibus; non vero extraordinariis, quae speciali mentione opus habent: sic enim dispensatus ad ordines, vel ad dignitates, non censetur dispensatus ad ordines majores, sed minores, nec ad episcopatum, sed inferiorem dignitatem, & filius, cui concessum est donare, non potest donare materia subiecta generi restringitur ad speciem certam.

XXXV. Plus semper in se continet, quod est minus, ex reg. 110. ff. in eo, quod plus sit, semper inest & minus. Valet in quantitatibus, quia major includit minorem, Can. 41. si quis dederit 24. q. 1. ubi ex numero decem, septem, & quinque, approbatur poenitentia quinque annorum, quia quinarius inest denario, & septenario. Idem servatur in sententia arbitrorum c. 1. de arbit. in 6. Fallit reg. ista in generalibus, quae non semper continent omnes species, ut in reg. superiori dictum, c. 16. in de praebend. item in qualitatibus disparatis: sic enim ex eo, quod si bonus jurista, non sequitur te esse bonum rhetorem: item in mandatis, ubi forma dillegenter observari debet, nec plus, aut minus fiat.

XXXVI. Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere, ex reg. 131. ff. qui dolo desierit possidere, pro possideme damnatur, quia pro possessione dolus est, seu quia P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

dolus rem ipsam representat, acsi hic, & nunc possideret. Idem habetur in reg. 150. & 157. §. 1. ff. atque ita jus fingit aliquem possidere, qui non possidet, v. g. Titius Cajo absulit vestem, & ne forsan cogereur eam restituere, vendidit illam cuidam peregrino: in hoc casu Cajo contra Titium agere potest actione ad exhibendum, & reivindicacione, acsi Titius vestem possideret, cum dolus sit loco vestis. In effectu autem, si res ipsa restitui nequeat, actio ista est conditio ad aestimationem, ut Titius tantum praestet, quantum vestis aestimatur. Exempla habes §. 2. Inst. quibus alien. l. 22. l. 7. §. 3. ff. de R. V. c. 3. ut lit. pendente &c.

XXXVII. Utile non debet per inutile vitiari: & reg. 94. ff. non solent, qua abundans, vitare scripturas, quia cautela abundans non nocet. Procedit in his, quae divisionem, discretionem, & separationem admittunt. Sic rescriptum, testamentum, aut legatum valere potest in uno capitulo, & non in altero separato, Auth. ex causa, C. de liber. praer. l. 16. §. 1. ff. de legat. 1. Sic etiam cap. 19. de praebend. approbatur sententia in uno, & reprobat in altero. Item donatio, fideiussio, promissio dotis, valet quo ad summam legitimam, coartat vero quo ad excessum. Fallit reg. ista, si utile, & inutile sint contraria, inseparabilia, & vitium in re contineant, seu substantialem errorem l. 1. §. Trebarius ff. de aqua quod. l. 34. Pr. ff. de legat. 1. & l. 1. §. sed si mihi ff. V. O. &c.

XXXVIII. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod minus exiit oppugnare. Impugnati testamentum, non capies ex eo legatum, l. 8. §. 14. ff. de inoff. test. Excipe, nisi quis ex officio suo teneatur oppugnare: tunc enim ut privata persona fructum capere potest ex re oppugnata, l. 17. ff. de iudic. l. fin. ff. de postulat. l. 26. C. de administr. tutor. Can. 2. §. item si contra patrem 3. q. 7. &c.

XXXIX. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, que sequuntur ex illo. Sic in quadragesima, prohibito escu carni, prohibentur ova, & lacticia, quae trahunt originem fementinam ex carne. Can. 6. d. 4. & privatus officio, privatur etiam beneficio, quod datur propter officium Can. 18. d. 81. & prohibito domino religiosus, prohibetur quoque donatio, commutatio, venditio rerum ad usum concessarum &c. Excipe ea, quae fieri prohibentur, sed facta tenent, effectuales ex illis sequentes sunt boni: sic enim contrahens cum altera de praesenti, licite utitur matrimonio, non obstantibus prioribus sponsalibus de futuro. Haec reg. ampliat ad antecedentia: Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod pervenitur ad illud. Gloss. quia cessante fine, cessant media ad illud. Unde qui prohibetur matrimonium, vel ordo, etiam id prohibetur sponsalia, vel prima tonsura.

XL. Pluralis locutio duorum numero est contenta: puta si determinatus numerus non exprimitur. Sic dualitas sufficit, dum dicitur missam fieri coram pluribus, de pluribus martyribus, testimonium esse plurium, libertatem concedi post annos &c. Can. hoc quoque 6. de consecr. d. 1. & Can. 4. §. ubi numerus 4. q. 3. l. 12. ff. de testib. l. 17. §. fin. ff. manumiss. vindict. In odiosis, & ambitiosis numerus pluralis restringendus est ad duo, v. g. si quis dispensetur ad plures praebendas, vel dignitates, censetur tantum ad duas dispensandas, c. 19. v. si vero de prob. in 6. Aliquando numero plurali venit singularis pr. Inst. de vi honor. rap. ibi: etiamsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit: item in pronominibus nos, vos &c. sicut Papa, & principes his utuntur in plurali. E contra numero singulari venit quandoque pluralis, ut filio meo tutorem do, hoc est, omnibus filiis l. 16. §. 1. ff. de testam. instel.

Decas V.

XLI. Imputari non debet ei per quem non stat, si non faciat, quod per eum faciendum erat. Reg. procedit de imputatione ad poenam, vel amissionem juris proprii, ut si per te non ster, quod intra annum appellationem non prosequaris, non solvas intra terminum, quia creditor non comparat &c. Can. 28. amissionem 2. q. 6. & c. 35. de elect. in 6. ubi annus aeternum, quia impeditio tempus non currit. Fallit reg. ista in lucris, & favoribus conditionatis, si per se pendean ab eventu conditionis, v. g. qui hodie missam pro defuncto dixerit, aureum accipiet &c.

XLII. Accessorium naturam sequi congruit principa-lis, ex reg. 129. §. 1. ff. cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, que sequuntur, locum habent: & reg. 178. ubi additur particula restrictiva perquamque. Cum principalis causa non consistit, plerumque ne ea quidem, que sequuntur, locum habent. Sic ubi non subsistit matrimonium, nec ibi est dos, c. 3. de donat. in. V. & U. item potestas executiva gratia facta non expirat morte concedentis; bene vero gratia faciendo; quia in priori casu potestas est accessoria; in altero vero principalis, c. 9. de off. deleg. in 6. c. 36. de Præb. in 6. Fallit reg. in his, in quibus ob specialem rationem valet, & sustinetur accessorium; licet deficiat principale; ut juramentum super usuris solvendis, vel alienando fundo dotali. Item sustinetur legata, maxime pia, etiam testamentum sit invalidum ex causa preteritionis, aut exheredationis, nov. 115. c. 3. in fin. auct. libri de Episc. audiend. Vide hic Gloss.

XLIII. Qui tacet consentire videtur: & 44. It, quitacet, non fateatur, sed nec utique negare videtur, ex reg. 142. ff. qui tacet, non utique fateatur, sed tamen verum est, eum non negare. Ex variis conciliationibus DD. hæc magis placent: 1. Tacens consentire videtur in meris favorabilibus, quæ nullum onus, & gravamen tacenti afferunt; nam quisque præsumitur velle suum bonum. 2. Tacens non videtur consentire in favorabilibus, quæ onus annexum habent; ut in sponsalibus, nuptiis, contractibus, electionibus, collationibus &c. 3. Tacens in odiosis, & sibi præjudicialibus regulariter non videtur consentire, l. 8. §. 1. ff. de procurator. ibi: invitum accipere debemus non eum tantum, qui contradicit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur. 4. Tacens in odiosis, dum potest, & debet contradicere, & non contradicit, habetur pro consentiente, & consentite; ut si legitime iustus a iudice non respondeat, c. 2. pr. de confess. in 6. l. 1. §. qui tacet. ff. de interrog. in iur. fac. item si Parochus præsens non contradicat alteri Sacerdoti volenti baptizare, assistere matrimonio: tunc enim censetur consentire; uti & Prælati regularis in his, quæ seiv, & videt, & non contradicit. At si tacens, qui deberet contradicere, facile non potest prohibere, & cum effectu contradicere, non censetur consentire, sicut Papa, Episcopi, & Prælati regulares multa per patientiam tolerant, ne majora mala sequantur, non tamen censentur consentire. Hoc sensu procedit reg. 50. ff. culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest; & reg. 109. nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest.

XLV. Inspecimus in obscuris, quod est verosimilius, vel quod plerumque fieri consuevit, ex reg. 114. ff. in obscuris inspicere solet, quod verosimilius est, aut quod plerumque fieri solet. Hæc reg. supplet superiores reg. 30. in obscuris minimum est sequendum: & plerumque procedit de factis, prout communiter fieri solent. Sic votum, matrimonium, sponsalia, delicta præsumuntur animo deliberato facta fuisse, & filius in dubio non censetur ingratus fuisse &c. Can. 3. si quis 33. d. 1. c. 6. de fide instr. auct. non liceat. C. de inoff. test.

XLVI. Is, qui in jus succedit alterius, eo iure, quoillo, nisi debet, ex reg. 177. ff. qui in jus, dominiumve alterius succedit, iure ejus nisi debet. & reg. 175. in fin. non debet meliori conditione esse, quam auct. vel mens, a quo ius in me transit. Regula ista innuit, quod iura activa, & passiva ratione rei, contractus, maleficia, voti realis transeunt in successorem universalem, & quod potuit, vel debuit antecessor, idem possit, & debeat successor, seu hæres, reg. 59. ff. At successor singularis succedit plerumque in sola iura realia rei coherentia, non vero personalia, nisi id aliunde colligatur: sic enim venditor actione personalis obligatur primo emptori, cui rem non tradidit, non tamen secundus emptor, cui res tradita fuit, ita obligatur. Penæ corporales ex maleficio non transeunt in heredem; damna vero a defuncto causata reparari debent, præsertim de iure Can. c. fin. de sepul.

XLVII. Presumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. Regula procedit circa facta contingentia, quæ quis scire non tenetur; ut si percussus clericum non vestitum habitu clericali, c. 4. de sent. excom. At contra circa iura, & leges, circa notoria, & publica, & circa ea, quæ quis scire, & indagare tenetur, præsumitur scientia, ubi ignorantia non probatur, Can. fin. d. 16. Can. 108. si qui a simoniacis l. q. 1. & c. 1. de postulat. &c.

XLVIII. Locupletari non debet aliquis cum alteriusinjuria, vel factura, ex reg. 206. ff. iure naturæ equum est neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletariorem. Sic pupillus, & minor tenentur ex contractu, si locupletiores facti sint, l. 1. ff. de auctor. in. indebitum solutum condicitor, tit. ff. de condic. indebit. Excipe, nisi jus ex iustis causis concedat locupletationem, sicut in usucapionibus.

XLIX. In panis benignior interpretatio faciendâ est, ex reg. 155. §. 2. ff. Sic doctor privatus collegio sine determinatione temporis, non censetur perpetuo privatus c. 11. de Const.

L. Alius legitimi conditionem non recipiunt, nequediem, ex reg. 77. ff. actus legitimi, qui recipiant diem, vel conditionem, velu mancipatio, in totum vitantur per temporis, vel conditionis adjectionem. Regula ista, omittis variis interpretationibus, procedit de illis actibus, quibus ex natura rei, vel ex dispositione juris ad vestitur conditio, aut dies; ut sunt emancipatio, acceptatio, hereditas addito, servi optio, seu electio, in qua legatarius variare non potest, datio tutoris, scilicet per iudicem faciendâ tit. regul. 77. quibus tamen actibus tacita conditio non obest, v. gr. ut filius sit emancipatus, donec ei placeat in potestatem redire &c. In iure Can. sunt Sacramenta, baptismus &c. excepto matrimonio, quod conditionem recipit, modo non sit adversa substantia matrimonii c. fin. de condition. appof. item sacramentalia, ut consecratio Ecclesiæ, calicum &c. Præterea electio, postulatio, collatio beneficii, & alii actus, quos Ecclesiæ vult esse puros, & absolutos,

Decas VI.

LI. Semel Deo dicatum, non est ad usus hominumalterius transferendum, Sic religiosus, servus Ecclesiæ donatus, calices, & alia facta non sunt ad usus profanos retrahenda; nisi necessitas, & pietas aliud suadeat, v. gr. ut calices contracti vendantur pro redemptione captivorum, videtur pauperum Can. 70. aurum 12. q. 2. Sed hæc regula non continetur possessiones Ecclesiæ, quæ ad emptores laicos transire possunt.

LII. Non præstat impedimentum, quod de iure nonfortiori effectum: nam paria sunt non fieri, & fieri sine effectu. Sic matrimonium prius invalidum non obest secundo &c. Fallit reg. in his, in quibus de iure sufficit sola attentatio opere secuto: sic sacerdos suspensus invalide absolvens, sit irregularis, matrimonium contrahens excommunicatur, Clem. un. de consang. Similia habes l. 1. pr. ff. & c. 1. de N. O. N. l. 34. pr. ff. de legat. 1. l. 20. ff. de adimend. legat. &c.

LIII. Cui licet, quod est plus, licet utique, quod estminus ex reg. 21. ff. non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. Regula ista procedit in iuribus, & potestatibus subordinatis, quarum Superior per se continet inferiorem, non vero in iuribus, & potestatibus disparatis. Sic sacerdos consecrare potest Eucharistiam, quod est plus, non tamen ordinare clericos, aut Ecclesiæ consecrare, quod est minus. Item mulier bona sua alteri donare potest, non tamen fiducjare pro illo ex SCto Vellejano hæres adire potest totam hæreditatem, non tamen pro parte eam scindere ex reg. 7. ff.

LIV. Qui prior est tempore, potior est iure, ex reg.98. ff. quoties utriusque causa lucri veritur, in preferendum est, cuius in lucrum causa tempore præcedit. Valet in pignoriis, & aliis contractibus, in data scriptorum &c. Fallit, si superveniat fortior privilegiant, ut providendus auctoritate Apollonica in Canonica, mulier cum dote respectu pupilli &c. item in testamentis, legibus, statutis posteriora potiora sunt prioribus, l. fin. ff. de constitu. princip.

LV. Qui sentit onus, sentire debet commodum, &e contra, ex reg. 10. ff. secundum naturam est commoda cuiusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda. Excipe, nisi quis privilegio eximatur ab onere: sic enim femina, & pupillus vocantur ad commodum hæreditatis, non tamen onus tutela, tit. Inst. de legit. patron. inel.

LVI. In re communi potior est conditio prohibentis, Valet

Valet in re communi pluribus ut singulis, v. g. decem habent agrum commune, in quo novem volunt constitutere servitutem Titio, decimus reclamat contra, cuius conditio utpote prohibentis, est potior: at si nullum sit præjudicium prohibentis, non curatur ejus prohibitio, l. 13. §. un. ff. de S. P. U. l. 19. in fin. eod. l. 32. 35. & seq. ff. de damno inf. Vide reg. 29. quod omnes tangit.

LVII. Contra eum, qui legem dicere potuit aperiens,est interpretatio faciendâ, ex reg. 172. ff. in contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. Nomine legis venit hic lex privata, seu conventio contrahentium, quæ in præjudicium profertens intelligi solet. Sic c. 8. de probat. dictum obscurem de minore ætate, sine expressione 25. annorum, retunditur contra profertentem, quia ingressus monasterium non erat minor 14. annis. Plura exempla vide hic in Glossa, quæ dicit reg. istam non procedere de legibus, quia in eis nihil est obscurem, vel ambiguum, Can. 2. dist. 4. si quid tamen in legibus, vel privilegiis obscurem est, id legislator interpretatur lib. 12. §. 1. C. de LL. & cap. 12. de iudic.

LVIII. Non est obligatorum contra bonos mores præ-stitum juramentum; ut si iures patrem occidere, furari &c. 24. q. 4. per tot. nam juramentum non potest ad illicitum obligare, ne ut vinculum iniquitatis; ut si iuratur de dolo furto remittendo, quod invitat ad malum reg. 23. v. excepto ff. Si mores sint mali tantum civilliter, v. g. ne dos alienetur, ne filia renunciet hereditati, juramentum super alienatione, vel renuntiatione tali valet, c. 28. de jurei. c. 2. de pact.

LIX. Dolo facti, qui perit, quod restituere oporteteundem, ex reg. 173. §. 3. ff. dolo facti, qui perit, quod reddendus est; dummodo restitutio sit certa, & faciendâ eadem. Sic usurarius dolo peti usuras, & hæres dolo petit rem; quia ille usus, ille rem ex persona defuncti statim restituere debet. At maritus petere potest dotem, quam mox uxori, vel liberis, soluto matrimonio, restituit &c.

LX. Non est in mora, qui potest exceptione legiti-ma se iuri, ex reg. 88. ff. nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla est petitio, saltem in effectu: & reg. 112. nihil interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. Sic manius exceptioe moratoria, si non solvat præxius termino, non est in mora, ut nec ille, qui uti potest compensatione l. 40. v. sed cum fortis ff. de R. C.

Decas VII.

LXI. Quod ob gratiam alicuius conceditur, non estin eius dispendium reorquendum l. 6. C. de LL. Sic minor ius auctoritate tutoris non potest contrahere, vel agere: si tamen pro favore suo est contractus, vel sententia, privilegium ei obesse non debet, l. 14. C. de procurator. Item dicit in alienationibus rerum Ecclesiæ. Excipe, nisi princeps ad instantiam petentis aliquid concedat, ut sententiam ferre, remota appellacione; tunc enim, spectata æquitate, in dispendium petentis retroqueri potest.

LXII. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentinon fuerit, obligatur, ex reg. 47. ff. consilii non fraudulenti nulla obligatio est: ceterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit: nemo enim tenetur consilium alterius sequi. At mandans tanquam causa moralis tenetur actione mandati.

LXIII. Exceptioe officii non videtur de intensione adversarii consistere, nisi alias de puncto aliquo confessus fuerit. Unde qui excipit dicendo: jam solvi,non censetur se mutuum pecuniam accepisse; quia solutio potuit esse de facto, & per errorem, sed sensus est: si actor probaverit me mutuum accepisse, ego probabo exceptionem meam, quod solvitur.

LXIV. Que contra jus sunt, debent utique pro in-feriis haberi, ex l. 5. non dubium C. de LL. Hæc reg. sane est intelligenda: 1. Que sunt contra jus irritans expressè, ipso iure sunt nulla. 2. Que sunt contra jus prohibens, quod tacite, & virtualiter est irritans, puta dum actui præscribit formam substantialem, sunt pariter ipso iure nulla; quia actus sine forma non subsistit. 3. Que sunt contra jus pure prohibens, ipso iure valent; & regulariter sunt nulla tantum quoad ef-

fectum, quia non sunt firma, sed rescindi, aut exceptione elidi possunt; ita explicatur hæc reg. & c. l. 5. Dixi regulariter, quia illa, quæ ex natura sua sunt insolubilia, ut matrimonium, profectio religiosa, filialitate fiant, sunt perpetuo firma, obsequio locus reg. ex c. 16. de regg. multa fieri prohibentur, que si facta fuerint, obtinent firmitatem.

LXV. In pari delicto, vel causa, potior est conditiopossidentis, ex reg. 128. ff. in pari causa possessor potior haberi debet: & reg. 126. §. 2. cum de lucro duorum queritur, melior est causa possidentis. Hoc est speciale privilegium possessionis. In delicto: Titius dedit iudici pecuniam, ut pro se injustam sententiam ferret, vel virgini, ut secum fornicaretur, pecuniam non repetit, quia possidentis est conditio melior l. 3. ff. de condit. ob turp. Hoc in foro extremo: at in foro interno, si juxta pretium Titii nec sententia pro illo, nec fornicatio virginis secuta est, attentio iure naturali, restitutio, faciendâ esset, nisi virgo dilapidasset pecuniam; quia tunc voluntate Titii, & consumptione facit suam, neque cum damno suo restituere tenetur; multo minus fornicari. In causa: minor minori dedit pecuniam mutuatam, & is eam dilapidavit: in hoc casu potior est conditio consumerentis, utpote possidentis, ut restituere non tenetur, l. 1. ff. de minor. Excipe, nisi jus restitit possidentis, & assistat petitori; ut si religiosi possideant decimas parochiæ, tunc enim possessor probare tenetur titulum proprietatis, c. 1. de prescrip. in 6. c. fin. de restit. spoliat. in 6.

LXVI. Cum non stat per eum, ad quem pervenit quominus conditio impletur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset, ex reg. 161. ff. nam ex parte illius fingitur conditio impleta, v. g. promissit Berthe dotem, si Kalendis Maii ad te saltandum veniret, & illo tempore occlusisti domum, ne illa intrare posset, tunc enim perinde est, ac si Bertha conditionem istam impleverit. Vide reg. 41. in 6.

LXVII. Quod alicui suo non licet nomine, nec alie-no licetibi. Reg. ista procedit in maleficiis: quia sicut non licet, ut nomine tuo, seu in tuam commodum usus exerceas, futeris, litteras Apollonicas falses; ita neque licet delicta ista, & similia facere nomine alieno, seu in alterius commodum. At in delegationibus honestis secus accidit: quia licet nomine tuo nequeas, tamen ex delegatione iudicare poteris nomine Papæ, Episcopi &c. nisi incapax esset in delegato; ut si tibi non sacerdoti committeretur absolutio a peccatis &c.

LXVIII. Potest quis per alium, quod potest facereper se ipsum. Reg. ista procedit de actionibus, quæ ex natura delegari, & mandari possunt; ut iudicare per alium, matrimonium contrahere; non vero de actionibus personaliter exercendis: sic enim non potes per alium jejunare, penitentiam agere, missam audire &c. E contra interdum potest quis per alium, quod non potest per se ipsum; quia id non deceat, vel ratione personæ, vel ratione rei, seu causa. Sic Episcopus, non per se, sed per alium potest clericos verberare c. fin. 5. q. 3. iudicium sanguinis exercere, c. fin. ne clericis, vel monach. in 6.

LXIX. In malis promissis fidem non expedit observa-ri: nam sicut promittere, ita exequi mala, peccatum est. At male bona promissa, per se loquendo servari possunt; ut si mendaciter, & dolose promissit nuptias &c.

LXX. In alternativis debitoris est electio, & sufficitalterum adimpleri, ex reg. 110. §. 3. ff. ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. In quibusdam exemplaribus legitur: electoris est electio, sed legendum est debitoris. Glossa, v. g. promissit tibi Stichum, vel equum, ego debitor eligam, & dando unum ex his duobus, implebo meam promissionem. Interdum ex mente disponentis servandus est ordo in alternativis, v. g. centum forenti pro missis dentur Ecclesiæ parochiali: vel, si hæc renuat accipere, dentur monasterio. Item quandoque creditoris est electio, dum verba ad eum diriguntur, v. g. Titius unum ex meis equis sibi accipiat &c. Huic regule subservit l. 53. saepe ff. l. s. saepe ita comparatum est, ut conjuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro conjunctis, interdum soluta pro separatis.

Decas VIII.

LXXI. Qui ad agendum admittitur est ad excipiendam multo magis admittendus, ex reg. 156. §. 1. ff. cui damus actiones, eadem & exceptionem competere multo magis quis dixerit; nam minus est exceptio, quam actio. Sic cui conceditur actio quod metus causa, multo magis exceptio metus ei concedenda est. Excipe, nisi exceptio in diversum quid tendat, c. 11. de excess. prelat.

LXXII. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum, ex reg. 180. ff. quod iussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipse solvissent, & reg. 169. is damnus dat, qui iubet dare. Vide reg. 68.

LXXIII. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit inchoari, ex reg. 85. §. 1. ff. & l. 140. §. fin. ff. de P. O. Valet in actibus perfectis, & iam consummatis, ut in matrimonio, episcopatu, monachatu, quibus superveniens impedimentum non nocet. Fallit in actibus causam successivam habentibus; ut si ex causa debilitatis die veneris dispensatis ad carnes, cessante causa debilitatis, cessat, vel suspenditur ista obligatio.

LXXIV. Quod alicui gratis conceditur, trahi non debet alicui in exemplum. Vide supra reg. 15. & 28. 74. 78.

LXXV. Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem a se praestitam servare recusat: nam tangenti fidem fides frangenda est: & frustra auxilium legis invocatur, qui committit in legem, cap. 14. de usur.

LXXVI. Delictum persone non debet in detrimentum Ecclesie vendicare: puta si Prelatus delinquit ut privata persona; secus si delinquit cum capitulo; vel si ipsi subditi graviter delinquant: tunc enim in penam delicti, potest Ecclesia privari dignitate, Can. 25. de nos 25. q. 2. Item in iudiciis, maxime omittendo, prelatum nocet Ecclesia, Can. 25. placuit. 16. q. 3. & toto tit. de prescriptione.

LXXVII. Rationi congruit, ut succedat in onere, qui subsistit in honore; modo onus sit reale honoris annexum, sic enim successor in iure patronatus tenetur Ecclesiam defendere, sicut suus antecessor, Can. 31. filius 16. q. 7. & succedens in prelatu, tenetur solvere debita ratione prelatu contracta, cap. 1. de solutione. Secus si onera erant personalia honori non annexa.

LXXVIII. In argumentum trahi nequeunt, que propter necessitatem aliquando sunt concessa. Vide reg. 28. & 74. & in Pandectis reg. 162. que propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

LXXIX. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur, ex reg. 120. ff. nemo plus commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit, ex reg. 160. §. 2. nam nemo dat, quod non habet, c. 5. in fin. de iur. Patr. Valet reg. ista quoad ea iura, que rem tangunt, non quoad alia aliunde pendencia, v. g. hæres bona fide vendendo rem commodatam defuncto, transfert conditionem usufructu in emptorem, quam ille non habuit, §. 4. Inst. de usufructu. Possessor bona fide vendendo fructus, transfert dominium irrevocabile in emptorem, cum ille habuerit irrevocabile, l. 48. pr. ff. de A. R. D. &c. Vide Gloss.

LXXX. In voto partem non est dubium contineri, ex reg. 113. ff. in toto, & pars continetur. Sic cui adjudicata est tota domus, deinde actor partem illius petere non potest, l. 7. per tot. ff. de exceptione rei iudicat. ubi plura exempla invenitis tum in corporibus, tum in quantitativis.

Octo residua Regula ex 6.

LXXXI. In generali concessione non veniunt ea, que quis non esse verosimiliter in specie concessurus. Hæc regula indicat vis genere commisso nunquam venire illas species, que speciali expressione sunt dignæ. Sic sub potestate generali commissa vicario non venit potestas donandi, aut criminalia exercendi, c. 2. & fin. de offic. vicar. in 6. sub potestate absolviendi non ve-

nit potestas absolviendi a reservatis, c. 2. de pœnit. in 6. sub generali potestate Legati non venit potestas circa causas fidei Can. 52. frater. 16. q. 1. &c.

LXXXII. Qui contra iura mercatur, bonam fidem presumitur non habere, ex reg. 199. ff. non potest dolo cavere, qui imperio magistratus, seu legi non paruit. Sic monasterium, vel parochus percipiens decimas in aliena parochia, presumitur id agere mala fide; quia contra iura mercatur. Idem dic de illo, qui investituram recipit ex manu laici, qui dat temporale pro spirituali Can. 14. si quis 16. q. 7. & qui emittat scripturam line gleba, l. 7. C. de agricol. & censu. in 11. nam talis, vel scit familia a iure prohiberi, vel non scit: si scit, agendo contra iura, mala fide agit: si non scit, ignorantia iuris parit in eo malam fidem iudicam, seu civilem.

LXXXIII. Bona fides non paritur, ut semel exaltum iterum exigatur, ex reg. 57. ff. bona fides non paritur, ut bis idem exigatur. Regula ista procedit mixturæ, ut bis idem exigatur. Regula ista procedit mixturæ, ut bis idem exigatur. Regula ista procedit mixturæ, ut bis idem exigatur.

LXXXIV. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. Regula ista procedit in iis, que alicui simpliciter, & in se prohibentur, & consilium via ad illud, v. g. Prelato prohibetur alienatio, & donatio sine solemnitatibus Canonicis, ergo & pignoratitio, compromissum, & alii modi, quibus pervenitur ad alienationem. Item vendidisti ancillam cum pacto, ut fieret libera, si emptor eam proficiueret; quo casu emptor nec per se, nec per cauponem potest eam prostituere, secus evadet libera, l. fin. C. si mancip. in venier. At si res ipsa non prohibetur, sed tantum certus modus, poterit quis alio modo, vel alia via ad illam pervenire. Sic Episcopus, non via electionis, sed postulatiōnis venire potest ad aliam Ecclesiam, & irregularitas via dispensationis ad ordines, & beneficia &c.

LXXXV. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur, ex reg. 23. ff. ibi: Hoc servabitur, quod initio conventi: legem enim contractus dedit. Nominis legis venit hic lex privata, seu pactum contractu appositum; quod quidem est præter leges communes, non tamen contra bonos mores, v. g. in deposito iuxta jus com. præstanda est culpa lata: si convenit, ut præstaretur etiam culpa levis, aut levissima, id servandum est; quia contractus hanc legem dedit. Sica contractibus lex imponi potest, ut præstetur casus fortuitus, ut venditor in se suscipiat periculum rei vendite, aut emptor periculum evictionis &c. lex tamen contra bonos mores apponi nequit, cum invitet, aut obliget ad malum, v. g. ut dolus non præstetur, ut ancilla prostituatur &c. cit. reg. 23.

LXXXVI. Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non alicui imputare, ex reg. 203. ff. quod quis ex culpa sua damnus sentit, non intelligitur damnum sentire. Sic clericus sibi imputet, quod negligat beneficium vacans petere, cap. 11. de prebend. in 6. Similiter pœlla sponte consentiens in sui dehortationem, procurator negligenter agens in iudicio, vel tutor in administratione rerum pupillarum, licet damnum incurrant, tamen non intelliguntur damnus sentire.

LXXXVII. Infamibus portio non pateat dignitatum, ex l. 2. C. de dignitat. in 12. Neque famosis, & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum eorum segregat, dignitatis portio patebit. Et quidem infamia iuris, que a iure, vel per sententiam iudicis, aut crimen famosum introducta est, perpetuo removet a dignitatibus, ut ab officio iudicis, advocati, prelati &c. nisi a principe tollatur: at infamia facti, que ex vitæ inhonestate oritur, est temporalis, donec mores corrigantur in melius. Exempla infamium copiosa habes in ff. de his, qui nos. infam. & tot. C. ex quib. caus. infam. irreg. Can. 1. & seq. 3. q. 7.

LXXXVIII. Certum est, quod is committat in legem, qui legis verba complectens, contra legis nuntium voluntatem, hoc est, qui legem secundum litteram observat, sed contra voluntatem legislatoris, v. g. prætor in albo posuit interdictum, & penam, ne quis a-

sum contempneret, aut deleret; Titius agglutinando chartam, ne scriptura legi possit, verba quidem observat, sed contra mentem prætoris, l. 7. ff. de iurisd. Sic usurarius, non in pecunia, sed in mercibus, vestibus, aut obsequiis usuras percipiens, agit contra mentem legis, Can. 3. plerique 14. q. 3. sic etiam Episcopus, & parochus, quibus præcipitur residentia, contra mentem Sac. Canonum ageret, si corpore domi residenterent, & officium suum non administrarent &c. In hac regula finitur jus Can. Quia veto quadam regula ex iure civili frequenter sunt in usu, eas hic compendio transcribam,

Regule iustiores ex Digestis.

Famula ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remota sunt, exceptis illustribus, ut reginis, §. 1. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere, regul. 2.

Ejus est non nolle, qui potest velle. Reg. 3. hoc est, qui habet liberam facultatem positive volendi, & imperandi, sui approbandi, v. g. ut filius scholam frequentet, etiam habet liberam facultatem id permittendi, sui tacite approbandi; nam non nolle is dicitur, qui sciens patitur, & tacite approbat: velle vero is dicitur, qui expressim iubet, seu expresse approbat, Gothof. Alii legunt: ejus est nolle, seu non velle, cuius est velle, hoc est, ille habet liberam facultatem omittendi, qui habet liberam facultatem agendi.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini reg. 4. exceptis maleficiis.

Paganus, seu non miles, non potest pariter testatus, pariter impletus decedere, ex reg. 7.

Iura sanguinis nullo iure civ. dividi possunt, reg. 8. puta quoad honestatem in matrimonium, reverentiam, & pietatem: at quoad qualitates civiles mutari possunt, ut si quis ex nobili fiat ignobilis.

Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad aliam transferri non potest, reg. 11. sufficit facta traditio: imo vi domini alti, vel in penam delicti res nostre in alium transferri possunt.

In testamentis plenus voluntates testantium interpretantur, reg. 12. quia ultima voluntates sunt favorabiles.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, presentis die debetur, reg. 14. hoc est: statim a tempore contractus; civiliter tamen intra competens intervallum, ne creditor eodem momento cum sacco venit pro pecunia.

Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, reg. 15. sed contra; minus est actionem habere, quam rem, reg. 204.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus, reg. 19. Hinc imputet sibi, qui contrahit cum pupillo, minore, religioso, si ex contractu nihil recipiat.

In personam servilem nulla cadit obligatio, reg. 22. Valet pro religiosis in præjudicium monasterii, quia velle non habent.

Quatenus cuius interstet, seu interesse in factis, non in iure consistit, reg. 24. adeoque probari debet.

Plus cautionis in re est, quam in persona, reg. 25.

Qui potest iniuriis alienare, multo magis, & ignoramus, & absentibus potest, reg. 26. Valet in libera facultate agendi.

Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur, non tamen & iure naturali, reg. 32. & servitutem mortalitatis fere comparamus, reg. 209. quia servi ob maximam capitis diminutionem, seu amissam libertatem civiliter mortui sunt. Idem & religiosis applicatur, si monasterio expedit. Contra: libertas inestimabilis res est, reg. 106. & libertas omnibus rebus favorabilior est, reg. 122.

Semper in contractibus id sequimur, quod altum, vel quod in regione receptum est, vel minimum, regula 34.

Furiosus, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, reg. 40. Hic furiosus, & iudicis prodigiis æquiparatur, neuterque cum effectu contrahere potest.

Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet, reg. 43. §. un. Sed

contra: nunquam actiones, præsertim penales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit, reg. 130. Intellige: si actiones profus in idem tendunt, una quis experiri debet; sed si in alia fit excessus, potest & altera intentari, non in quod totum, sed quoad excessum, ut illud plus obtineatur, quod per priorem actionem non est obtentum.

Privatorum conventio iuri publico non derogat, reg. 45. §. un. ex l. 38. ff. de pati. jus publicum privatorum pactis mutari non potest: sed præter jus commune pactum, seu lex adjici potest contractui, ut supra reg. 85. in 6.

Socii mei socius, meus socius non est reg. 47. §. 1. ut si Titius aliam societatem inerat mecum, quam inveniit cum Cajo.

Quidquid in calore iracundia vel sit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit iudicium animi fuisse. Hæc regula non procedit in delictis momentaneis, que statim mala sunt, sed refertur ad eventum futurum, qui ex aliquo facto non potest plene consilii, ut patet ab exemplo ibi adjecto: ideoque brevi reversa uxor, nec diversisse videtur.

Alterius circumventio alii non præbet actionem, reg. 49. nisi alius per hoc læderetur.

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est, reg. 53. Si solvisti cogitans te debere, solum condicere, seu repetere potes conditione indebiti: si vero solvisti sciens te non debere, censuris donalis.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure nititur, reg. 55.

Ea, que raro accidunt, non semere in agendis negotiis computantur, reg. 64. nam rara non sunt sub lege.

Invito beneficium non datur, reg. 69. si tamen beneficium alterius personam, vel publicum bonum concernat, dari potest invito. Sic pro debitore invito recte solvitur, pr. Inst. quib. mod. tollitur oblig. & clerico etiam invito datur privilegium fori, cap. 12. de for. comper.

Quo tutela rediit, eo hereditas pervenit, nisi cum familia hæredes intercedunt, reg. 73. quia ubi onus ibi commodum.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, reg. 82.

Is natura debet, quem iure gentium, seu naturali, dare oportet, cuius fidem secuti sumus, reg. 84. §. 1.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure, æquitas spectanda est, reg. 90. si tamen jus rigorosum sit clarum, non licet prætori ab eo recedere, l. 12. §. 1. ff. qui, & a quib. manumiss.

Non solent, que abundant, vitari scripturam, reg. 94. quia cautela abundans non nocet.

Nemo de domo sua extrahi debet, reg. 103.

Fere in omnibus penalibus iudiciis, & etati, & imprudentia succurritur, reg. 108.

Pupillus patri posse non intelligitur, reg. 110. §. 2. quia nec contractu a se, nec a tutore invito hæri debet.

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse, seu aliquid accepisse, reg. 115.

Nihil consensui tam contrarium est, quam vis, atque metus reg. 116. pr. & §. 2. non videntur, qui errant, consentire. Vis absoluta, seu coactiva plene impedit consensum, uti & error, aut dolus substantialis: at vis compulsiva, seu metus, & error accidentalis, regulariter relinquunt actum mero iure validum, utpote simpliciter voluntarium, licet rescindibile actione metus, aut doli.

Non alienat, qui dumtaxat emitit possessionem reg. 119.

Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iustus est, regul. 121. Proditur hic duplex fictio, qua non faciens, fingitur facere, & faciens, fingitur non facere.

Nemo prado est, qui pretium numeravit reg. 126. Nihil dolo creditor facit, qui sum recipit reg. 129. pr. valet etiam in compensatione occulta servatis servandis.

Imperitia culpe adnumeratur reg. 132.

Melior conditio nostra per servos fieri potest: deterior fieri non potest pag. 133. Fallit in delictis, & damnis per servos datis, ubi dominus tenetur vel damnum reparare, vel servum noxam dare, tit. *l. h. de noxal. actio. & reg. 149. ff.*

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, reg. 134. §. un.

Bona fides tantumdem possidenti prestat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est, reg. 136. si lex impedit, est mala fides iudicialis, seu civilis, quae impedit usucapionem.

Qui auctore iudice comparavit, bona fidei possessor est, reg. 137.

Omnes actiones, quae morte, aut tempore pereunt, semel inclusae iudicio salvo permanent, reg. 139. nam in iudicio quali contrahitur, contractus autem transeunt ad heredes.

Uni duo pro solido heredes esse non possunt, reg. 141. §. un.

Non omne, quod licet, seu promittitur, honestum est, reg. 144.

Ex qua persona quis lucrumpetit, eius factum prestare debet, reg. 149.

Factum cuique suum, non adversario nocere debet, reg. 155.

Invidius nemo rem cogitur defendere, reg. 156.

Aliud est vendere, aliud venditioni consentire, reg. 160. pr. & §. 1. referunt ad universos, quod publice fit per maiorem partem.

Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest, reg. 174. in fin.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris iniuriae faciendae, reg. 176. non faciendae per iudicem, si nequeunt per privatos.

Si nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi equitas evidens poscit, subveniendum est, reg. 183.

Valent quoad solemnitates accidentales, raro quoad substantiales.

Vani timoris iusta excusatio non est, reg. 184.

Qua iure naturali prohibentur, nulla lege confirmata sunt, reg. 188. §. un. multa tamen permittuntur per leges, & aliqua a praeceptis naturalibus subducuntur, ut in usufructibus &c.

Quod evincitur, in bonis non est, reg. 190.

Expressa nocent, non expressa non nocent, reg. 195.

Exemplum est in reg. 77. ff. ubi actus legitimi vitiantur per conditionem expressam, non vero tacitam. Unde saepius major est vis expressi: quam taciti per hanc reg. & rursus: eadem est vis taciti, ac expressi, & expressio taciti nihil novi operatur l. 3. ff. de R. C. & l. 99. ff. de condition. & demonstr. Interdum major est vis taciti, quam expressi: sic enim clericus sine auctoritate Superioris tacite renunciare potest beneficio, v. g. assumendo statum conjugalem, vel religiosum; non tamen expresse, ut dictum tit. de renun.

Omnia definitio in iure periculosa est: parum est enim, ut non subverti possit, reg. 202. hoc est omnis locutio universalis in iure, non in sensu absoluto, sed accommodato, prout materia patitur, intelligenda est: alioquin, cum casus particulares sint diversissimi, facile regula generalis falsificatur, vel potius non extenditur ad illum casum.

Res iudicata pro veritate accipitur, reg. 207. puta in foro externo; nisi sententia notorie esset iniusta; quia tunc cessaret praesumptio iustitiae pro iudice: at in foro interno praesumptio cedit veritati.

Hoc Jus Canonium doctrinali methodo concinnatum humillime disposita in cap. Cum in magistrum 49. hoc eod. tit. de election. cap. Cum causam 27. dicto titulo.

XIII. Item eligendi Episcopum a laicis una cum Canonice cap. Messana 56. hoc eod. tit.

XIV. Item conferendi sacros ordines extra statuta tempora cap. Sane 2. de temporib. ordinat.

XV. Item promovendi ad ordines Latinos a Graecis, & Graecos a Latinis cap. Cum secundum 9. hoc eod. tit.

XVI. Item ordinandi a Graeco Episcopo Graecum subiectum Episcopo Latino sine huius licentia cap. Quod de translatione 11. hoc eod. tit. Vide Additiones meas part. 1. post n. 16. pag. 248.

XVII. Item projiciendi in terram, & inter spinas Sanctorum imagines tempore cessationis a divinis cap. Si Canonici 2. de offic. iud. ord. in 6.

XVIII. Item angustandi probationis facultatem cap. Dehent. 1. in Extravag. com. hoc eod. tit.

XIX. Item inducendi gravamen Ecclesiae cap. Dilecti filii 13. de majorib. & obed. Vide infra n. LXIX.

XX. Item iudicandi clericorum causas iuxta laicorum consuetudines, & non iuxta factos Canones cap. Quod clericus 9. de foro compet.

XXI. Item prohibendi clericis, ne praestent juramentum calumniae cap. Ceterum 5. de juram. calum.

XXII. Item exigendi juramentum ultra plenam probationem cap. Sicuti 2. de probationib.

XXIII. Item permitendi juramentum reo ad suam probandam innocentiam, quoties habetur, vel haberi potest probatio de ipsius delicto cap. Ad nostram 12. eod. tit. Alias pravas consuetudines purgandi vide infra n. XXXVIII.

XXIV. Item praescribendi absque bona fide c. Quoniam 30. de praescription.

XXV. Item exigendi a iudicibus Ecclesiasticis prae-



ELENCHUS CONSUETUDINUM ABROGATARUM

Ex Libris Gregorii Papae IX. Sexto, Clementinis,
& Extravagantibus.

Consuetudo habendi dictum populi pro sententia in causis Ecclesiasticis, hancque latam a iudice non suo pro valida recipiendi, abrogata est cap. Ad nostram 3. de consuetud.

II. Item exercendi a clerico, non Episcopo ea, quae sunt reservata ordini Episcopali cap. Quanto 4. eod. tit.

III. Item celebrandi divina alta voce, & pulsatis campanis, exclusis interdictis, & excommunicatis, durante interdicto cap. Cum inter 5. eod. tit.

IV. Item dimittendi dignitates Ecclesiasticas sine Superioris licentia, casque administrandi sine ejusdem confirmatione cap. Cum venerabilis 7. eod. tit.

V. Item alienandi pro libito bona uxoris a marito vitio suo, aut quocumque alio casu in paupertatem redacto cap. Ex parte 10. eod. tit.

VI. Item acquirendi ab uxore adultera medietatem bonorum mariti eod. cap. & tit.

VII. Item retinendi simul duo beneficia incompatibilia absque legitima dispensatione cap. Consuetudinem 1. eod. tit. de consuetud. in 6. Vide Elenchus II. num. LXVIII. part. 1. pag. 179.

VIII. Item appellandi a Vicario generali ad Episcopum cap. Non putamus 2. eod. tit. & lib. Vide in Auctore part. 1. n. 6. pag. 258.

IX. Item gradatim operandi ab antiquioribus Canonice praebendas vacantes apud Sedem Apostolicam cap. Cum in tua 4. eod. tit. & lib.

X. Item rejiciendi Legatos S. Sedis non petitos, & de consensu non missos cap. unie. Super gentes eod. tit. de consuetud. in Extravag. commun.

XI. Item abrogata est consuetudo aut tollendi, aut restringendi libertatem eligentium in electione Praelati Ecclesiastici cap. Cum terra 14. de electione Vide nota infra n. LXIX. de consuetudinibus abrogatis a Conf. Apost.

XII. Item eligendi non professos ad regimen regularis Ecclesiae contra disposita in cap. Cum in magistrum 49. hoc eod. tit. de election. cap. Cum causam 27. dicto titulo.

XIII. Item eligendi Episcopum a laicis una cum Canonice cap. Messana 56. hoc eod. tit.

XIV. Item conferendi sacros ordines extra statuta tempora cap. Sane 2. de temporib. ordinat.

XV. Item promovendi ad ordines Latinos a Graecis, & Graecos a Latinis cap. Cum secundum 9. hoc eod. tit.

XVI. Item ordinandi a Graeco Episcopo Graecum subiectum Episcopo Latino sine huius licentia cap. Quod de translatione 11. hoc eod. tit. Vide Additiones meas part. 1. post n. 16. pag. 248.

XVII. Item projiciendi in terram, & inter spinas Sanctorum imagines tempore cessationis a divinis cap. Si Canonici 2. de offic. iud. ord. in 6.

XVIII. Item angustandi probationis facultatem cap. Dehent. 1. in Extravag. com. hoc eod. tit.

XIX. Item inducendi gravamen Ecclesiae cap. Dilecti filii 13. de majorib. & obed. Vide infra n. LXIX.

XX. Item iudicandi clericorum causas iuxta laicorum consuetudines, & non iuxta factos Canones cap. Quod clericus 9. de foro compet.

XXI. Item prohibendi clericis, ne praestent juramentum calumniae cap. Ceterum 5. de juram. calum.

XXII. Item exigendi juramentum ultra plenam probationem cap. Sicuti 2. de probationib.

XXIII. Item permitendi juramentum reo ad suam probandam innocentiam, quoties habetur, vel haberi potest probatio de ipsius delicto cap. Ad nostram 12. eod. tit. Alias pravas consuetudines purgandi vide infra n. XXXVIII.

XXIV. Item praescribendi absque bona fide c. Quoniam 30. de praescription.

XXV. Item exigendi a iudicibus Ecclesiasticis prae-

ter expensas victualium decimam, vel aliam partem litis, conventionem factam cum partibus litigantibus cap. Cum ab omni 10. de vita, & honest. cleric.

XXVI. Item exercendi in Ecclesia ludos theatrales tam a laicis, quam a clericis cap. Cum decorem 12. eod. tit.

XXVII. Item non dandi a patronis, alisque congruam portionem rectoribus Ecclesiarum cap. Extravaganda 30. de praebend. Vide Trident. sess. XXV. cap. 9. §. Patroni, & c. 10. de ref. & infr. n. XXIX.

XXVIII. Item admittendi solos nobiles ad quantumdam Ecclesiarum beneficia cap. Venerabilis 27. hoc eod. tit. Etiam tamen hac consuetudo aliquibus in locis pro legitima habetur: sed vide in Auctore part. 1. n. 4. pag. 131.

XXIX. Item abrogata est consuetudo reservandi sibi a patronis Ecclesiarum tam exemptis, quam non exemptis, alisque quibuscumque etiam Regularibus in praesentatione rectorum eorumdem Ecclesiarum tantum de illarum redditibus, ut de residuo iidem rectoribus non possent commode sustentari cap. Suscepit 1. hoc eod. tit. in 6. Vide supra n. XXVII.

XXX. Item instituendi ad beneficia sine consensu Episcopi cap. Ex frequentibus 3. de institutionib. Hac tamen abrogatio intelligenda est, cum agitur de beneficiis, quae pleno iure ab aliis non conferuntur.

XXXI. Item abrogata est consuetudo, quod minus monasteria monialium non exceptorum visentur singulis annis a locorum Ordinariis; sicuti & exemptorum tanquam a delegatis Sedis Apostolicae cap. Accedentes 2. de statu monachor. in Clem.

XXXII. Item consuetudo rescindendi penitus testamentum confectum in ultima voluntate, nisi factum fuerit cum subscriptione septem, vel quinque testium cap. Cum esset 10. de testam. Vide par. II. pag. 63. n. 13. & Gonzalez. hoc eod. cap.

XXXIII. Item exigendi pecuniam pro sepultura cap. Abolenda 13. de sepultur. juncto Can. Quaestio 12. caus. 13. q. 2. Vide a me notata post cap. Abolenda 13. in summaribus part. 1. pag. 130.

XXXIV. Item reconciliandi Ecclesiam solutam, (quae prius erat consecrata) per simplices sacerdotes de mandato Episcopi aqua ab ipso benedicta cap. Aqua 9. de consecratione Ecclesiae Vide hac part. II. n. 16. p. 105.

XXXV. Item ferendi iudicium, hospitiumque sibi vindicandi a iudice seculari, vel ejus officialibus in domibus Ecclesiarum c. Ut in domibus 1. de immunitat.

XXXVI. Item celebrandi matrimonium intra gradus prohibitos c. Quod super 5. de consanguinit.

XXXVII. Item exigendi pecuniam pro danda licentia docendi cap. Quoniam 1. & c. Quando 3. de magistris.

XXXVIII. Item abrogata est consuetudo compellendi reum duellum inire, & ferri igniti iudicium subire ad purgandum se infontem, e quibus fit illatus non evadisset, civili pena afficeretur cap. Cura, & duobus segg. de purgat. vulgar. Vide supra n. XXXIII.

XXXIX. Item compellendi ad faciendum homagium pro spiritualibus, idest ad praestandum juramentum fidelitatis cap. Indignum 11. de regul. jur. Gregor. Verum vide discrimen inter homagium, & juramentum fidelitatis in Gonz. in c. Ex diligentibus 16. de Simonia.

Aliae consuetudines abrogatae ex Decreto Gratiani.

XL. Abrogata est consuetudo se disponendi ad quadragesimalis jejunii observationem immoerato carniem esse Diff. V. Can. Denique 6.

XLI. Item celebrandi dies festos Martyrum commensationibus, & ebrietatibus Diff. 44. Can. Commensationes 1.